

**Dissertatio medico-chirurgica inauguralis de operatione inguinali ... /  
submittit Martinus Guilielmus [sic] Schwencke.**

**Contributors**

Schwencke, Martin Wilhelm, 1707-1785.  
Burmann, Petrus, 1693-1775.

**Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Apud Conradum Wishoff, 1731.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/x8z3uxgy>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA  
IN AUGURALIS  
DE  
OPERATIONE INGUINALI.

*QVAM,*  
ANNUENTE DEO TER OPT. MAX.

*Ex Autoritate Magnifici Rectoris,*

P E T R I B U R M A N N I,

J.U.D. HISTORIARUM, GRÆCÆ LINGUÆ, ELOQUEN-  
TIÆ, POETICES, ET HISTORIÆ FOEDERATI BEL-  
GII PROFESSORIS, ET BIBLIOTHECARII,

NEC NON

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,*  
*& Nobilissimæ FACULTATIS MEDICAE Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis  
ritè ac legitimè consequendis,

*Publico & solemni Examini submittebat*

MARTINUS GUILIELMUS SCHWENCKE  
Mosa Trajectinus.

*Ad diem 16. Aprilis 1731. hora locoqne soliti.*

LUGDUNI BATAVORUM,  
Apud CONRADUM WISHOFF, 1731.

Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30777835>

E R V D I T I S S I M O  
V I R O

D. THOMAE SCHWENCKE,

MED. DOCT: URBIS HAGANAE SENATORI , ANATOMES ET CHIRURGIAE PROFESSORI , EJUSDEM POLIATRO PRACTICO FELICISSIMO ETC. ETC. FRATRI MEO OMNI OBSEQUIO ATQUE REVERENTIA AD ULTIMOS USQUE CINERES COLENDO.

*hanc Dissertationem Sacram*

*facit.*

MARTINUS GUILIELMUS SCHWENCKE,

PAULUS SCHMIDT

V. I. L.

D. THOMAS SCHMIDT

MES. DOCT. GRAS HAGNÉ SAIN-

TONI. VINTOMES ET CHURGIUS

BLOTEZOPI. DUSDEM FOLIAZIO

ARTICO E EPILOGIUM ETC ETC

ARTAT. MEO. OMNI. OASDIO. AT.

QUS. REVERENTIA AD ULTIMOS US

QUS. CINERES COLLEND.

Paulus Schmidt

latis.


MARTINUS CULTIVUS SCHMIDT

# PROOEMIUM.

**Q**ui Medicinam exercent, operamque huic impendunt omnem, experiuntur tam in anatomicis, quam in practicis, multa a veteribus cognita vel negligi vel deteriorari, multa etiam pro novis tradita magno cum fastu, neutquam talia esse, qualia inconsideranti apparent. Scio priscos in minoribus nimium accuratos fuisse forte, sed an hinc semper id sequatur quod concludunt, dubito, ut in peritonaei ejusque laminarum, descriptione quae rursus nimis forte rejicitur a quibusdam hodie-nis.

*In praxi inguinalis operatio descripta a Celsso, Aegineta, Aetio, ab hoc quam succincte docet casus infra dicendus; neglecta haec operatio est, sed Rouffeti tempore denuo floruit. fere obsoleta post eum, Crambem bis & saepius coctam iterum apposuerunt, & hoc est quod in hacce disputatione inaugurali comprobandum erit; quare operationem ipsam in hernia incarcerata, cum saepius interfui, & oculis manibusque lustravi, hic descriptam aequi bonique consulas B. L. rogo.*

E A



DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA  
INAUGURALIS  
DE  
OPERATIONE INGUINALI.

C A P U T P R I M U M.

§. 1.

**H**erniae, quae Graecis celestes, vox ipsa designat rupturam, (quibusdam, an ita congrue, rame) latinis, & omnibus fere linguis, quasi rupta pars esset, per quam quidquam præternaturaliter exit; nomen sortitur aliud præmissum a parte elapsa; vel loco; quamcunque rupturam enim sic vocabant; præsertim vero, quæ circa abdomen, hac voce & nomine de pingebant veteres; an vero pars rupta, postea erit disputandum.

§. 2. Quid vero per herniam intelligent recentiorum optimi, sic intelliges, esse nempe tumorem præternaturalem a quamcunque parte ex abdominis cavo in alium locum delapsa, sic ut extra cavum hæreat, atque sustineatur, aliquando cum aliquando sine functionum lœsione manifesta.

§. 3.

## 8 DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA

§. 3. Ex qua jam definitione intelliges, me de hernia in genere loqui; quia vero nec ratio nec materiae hujus prolixitas suadet de omnibus ejus speciebus agere, post justam distinctionem, atque uno verbo tactam differentiam, veras tractare conabor ejusque species, utpote eas, quae operationi chirurgicae, si necessitas urgeat, subjiciuntur.

## CAPUT SECUNDUM,

### *De Locis herniarum & Partibus Elabentibus.*

#### §. 4.

**L**ocum si speces, ubi oriantur, multiplicem invenies, umbilicum, inguina, progressum vasorum cruralium, ipsum ventrem omni in parte, ubi musculi paululum recessunt, vel inter musculos, vel eorum fibras a sese invicem vi quadam hiantes, fissas, vulneratas; unde & rursus in adjacentes partes ulterius prolapsae, differentiam quandam oculis subjiciunt; hinc diversa assumunt nomina, quæ differunt vel loco, vel parte elapsa;

§. 5. Loco differunt, ut, si quidquam procidat per umbilicum omphalo-cele, vel exomphalos generali nomine, sed nomina partis elapsæ addendo intelligitur rursus locus & natura herniae, ut omphalo-enterocele, omphalo-epiplocele, omphalo-entero-epiplocele &c.

§. 6. Bubono-cele in genere dicitur, si quidquam haereat prolapsum extra abdomen in inguine fingens bubonem, distinctum tamen a bubone per materiae retentionem illic loci, quae per sua signa noscitur, diciturque hernia incompleta.

§. 7. Si vero idem prolapsum supra os pubis descendat in scrotum vocatur oscheocele, tum est hernia completa. videatur FABRICIUS AB AQUAPENDENTE in cap. LXXIII. *de herniis intestinalibus.*

§. 8. Nunc a materiae contentae differentia, character illi differens

differens ut de entero-cele si nempe intestinum contineatur, Epiplo-cele si omentum, si intestinum portio omenti concomitetur, vocatur entero-epiplo-cele, si cum his serosus latex vocatur entero-hydro-epiplo-cele, si eum intestino aqua, entero-hydro-cele, cum omento, hydro-epiplo-cele: atque ex nominibus his patet, quid contineatur; si aquæ foliummodo inveniantur hydrocele, quamvis haec, si in tunica testis vaginali haereat, non dilatata vel rupta interna lamina peritonaei, neutquam ad hernias veras transferenda sit; eodem enim jure oedema scroti in sacculis pinguedinosis quoque ad hernias transferendum; idque quam false patet ex definitione; est vero generalis morbus panniculi adiposi, atque extensio cellularum; nisi forte aquæ ex abdomine elapsæ per inguen in scrotum supra testem herniam fingere possint, quamvis maxima abdominis extensio ab aquis in ascite doceat id vix hic fieri, pressionem vero aquarum elongare posse peritonæum credo, cum serosus latex inter causas emolliendo peritonæum statuatur.

§. 9. Si vero partes aliae de suo loco procidant supra inguina, quare non & nomen hinc additum earum partium, ut si vesica vel vesicæ pars potius cystocele & qui nominanda ea ut apud RUY SCHIUM si appendicula caeci non modo in inguen, sed extra inguen in scrotum delapsum, Epididymidi accrescat mentita ramicem vel varicocelen, de aliis partibus, ut utero, tubis fallopianis, observationes constant, HILDANUS in *Epistola de rara & ad miranda hernia uteri*, minus tamen notae veteribus, hinc particularia nomina non dederunt.

§. 10. Ast umbilicus & inguina hic consideranda non tantum, sed linea alba sub umbilico quatuor digitorum distantia, inter musculos rectos, peritonæum cum contentis, omento & intestinis prominens extra aponeurosin musculorum abdominis, tumorem herniosum facit; in utroque latere abdominis e regione umbilicali idem fieri experientia docet & vocantur herniae ventrales. reptatum vasorum cruralium extra abdomen sequi contenta abdominis in confessu est.

## 10 DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA

§. 11. Porro & laesis externis integumentis, & muscularis  
ubicunque locorum, illæso peritonaeo, ni id artificiose im-  
pediat hennias oriri & ratio suadet & experientia confirmat.  
In sequentia etiam symptomata funesta, sëpe ut in aliis  
henniis veris, & perfectis, fatis superque extra omne du-  
biuum hanc rem ponunt, si pressionem consideres & con-  
strictionem contentorum, vim muscularum, peritonaei &  
diaphragmatis, videbis facile per omnem locum propelli con-  
tenta abdominis non satis resistentem, ut v. gr. per ipsum  
vulneratum diaphragma in thoracen colon, ventriculus, o-  
mentum, hepar irrepsisse &c, ut videre est apud Paræum,  
Ephemerid. N. C. Glandorpium, Bonetum in sepulchro a-  
natom. &c. per fissum uterus extra vaginam in puerperis  
intestina Schenkius lib. observat. p. 550.

§. 12. De reliquis quas immerito hennias vocant nihil di-  
cam, ut de sartocele, lipaparocele, hydrocele, varicocele, pneu-  
matococele &c. utpote non convenientibus cum definitione  
atque symptomatibus henniarum, sed ut morbi earum par-  
tium sunt æstimandi.

## CAPUT TERTIUM.

*Descriptio locorum ubi henniae orientur.*

§. 13.

**U**mbilicus, inguina, locus per quem vasa cruralia ex-  
unt, linea alba, praesertim jam consideranda sunt,  
ubi primo breviter notamus.

§. 14. Sepositis externis membranis, musculos rectos ab-  
dominis a sterno ortos usque ad umbilicum variis intersectio-  
nibus tendinosis praeditos (rarioribus sub umbilico) ubi um-  
bilicus est paululum hiare a se invicem, sicque concedere  
viam vasis umbilicalibus, arteriis nempe, venae, uracho,  
& membranæ cingenti a peritonaeo productæ; musculi re-

Eti

Eti vagina clausi a tendinosa expansione obliquorum superiorum, quae tendinosa expansio ab utraque abdominis parte concurrens lineam format albam quam vasa umbilicalia perforant; interne tendinosa pars inferiorum muscularum concurrit cum praecedenti tum supra rectos tum sub iis. hinc vasa umbilicalia infantis in utero materno non comprimuntur, comprimuntur vero post editum infan-tem ab actione horum muscularum in inspiratione, atque sic impediunt, ne sanguis per has partes ire, redireque possit ad placentam, quae compressio impedit ne absolute semper moriatur animal vel infans, quamvis non constringatur ligatura umbilicus, sed haec in transitu.

§. 15. Vasa ista umbilicalia, nempe binae arteriae, ex arteriis Iliacis ortae, juxta latera vesicae positae, inter duplicatam membranam peritonaei decurrentes, (non in cavo abdominis peritonaeo accumbentes) transeunt muscularis rectis extra abdomen, illicque cum uracho, qui eodem modo ex fundo vesicae supra internam laminam peritonaei colligan-tur, ac desuper cum vena umbilicali multa pinguedine mer-sa, eo modo supra peritonaei internam partem sustentata; haec omnia inquam involvuntur peritonaei membrana.

§. 16. Resecto umbilico, quid restat? nihil quam inter-na membrana atque umbilicalia vasa compresa a muscularis inter muscleos rectos, peritonaeum sub cute cum cute clau-sum format cicatricem, quam umbilicum vocamus.

§. 17. Relinquitur itaque lamina peritonaei simplex in-terne huic retrotractae cicatrici subtenso, minus resistens pressioni intestinorum, omenti, & ventriculi, & non sustenta ta muscularis in linea alba, hinc si vis major extendens vel disrumpens hanc membranam praefesto sit, aderit hernia ta-lis, qualem capite secundo descripsi §. 5.

§. 18. Musculi jam illi recti pergunt, nullis vel rarissimis inter sectionibus praediti, inseruntur sub pyramidalibus in osse pubis, medio quorum linea conspicitur alba a tendino-fis muscularum inosculationibus orta atque hic jam fere

## 12 DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA

patet, quare herniae ventrales magis infra quam supra umbilicum oriantur.

§. 19. Sequitur jam alter locus atque insita particularis praedispositio partis. herniis formandis nempe inguen vel vulgo medicorum dictus annulus.

§. 20. Apertura illa, quae vasa spermatica transmittit ad testem ex abdomine, in sequiori sexu ligamentum rotundum ab ortu & reptatu Valorum spermaticorum incipiendo melius innotescet.

§. 21. Arteriae spermaticae ab anteriori & media aortae parte fere semper ortae sub emulgentium supra inferioris mesentericae principium, fere unico trunco, aliquando duobus, utrinque descendunt lateraliter, antequam vero ad exitum venerunt, perforant primam & infimam peritonaei partem, atque inter hujus duplicaturam decurrentes usque ad annulum internum; externa illa membrana ab omni parte colligitur, atque tunicam vaginalem dat vasis spermaticis & testi relieta interna supra hiatum sive foramen integra, qua clauditur, atque ibi pro operculo inservit, laxe tamen, & ita quidem ut, si trahantur paululum manu Vasa spermatica, ea membrana imposita inter musculos sequatur, finumque formet digitii capacem.

§. 22. Spatium inter musculos majus quam capiendis his vasis necessarium efficit, ut facilius hic quoque sacculus formetur, praesertim in mulieribus, magis adhuc post puerperium, quae laxioris texturae sunt, egregie experimentis sumptis id confirmatur, namque in illis ligamentum rotundum, eodem modo ac vasa spermatica in viris, ex laterali uteri parte ortum inter duplicatam laminam elevatur ex pelvi supra eminentiam ossis pubis, non recta pergens, sed primo sub osse pubis in pelvi quasi circuli partem ostendens, in adipe multa situm, ex crypta elevatum illud ligamentum transit per muscularum interstitia externa tunica peritonaei instructum, altera peritonaei pars supra foramen extensa id claudit, si illud ligamentum (cavernosum interne usque ad uterum) extra abdomen manu paululum trahatur

tur peritonæum, foramen claudens in his facilis sequitur, faculumque vel sinum format inter musculos abdominales situm, laxato vase spermatico in viris, ligamento rotundo in taemini sese restituit, & membrana interna in loco annuli forma parvae cicatriculae corrugatae a margine conjunctionis, lamellarum peritonaei productæ conspicitur.

§. 23. Locus ipse jam inter musculos sic se habet, redundt interne in infima parte musculi transversalis fibrae carneae a se invicem, naturaliter non firmiter inter se conexæ. alii volunt vasa spermatica, sub musculorum transversalium & obliqui interni fibras transfire; hic musculus oritur a processibus transversis vertebrarum lumborum, osse Ilei, pubis, costis, infra sternum, & inseritur tendine lineæ albæ sub rectis. Musculi obliqui inferioris ortus ex osse Ilei, ligamento ossis pubis, inseritur lineæ albæ & quinque costis inferioribus, fibrae ejus, quæ carnea, illic loci in ingunie redundt a se invicem nempe in infima abdominis parte. Omnes fibrae istæ cedunt facile pressioni, atque inter has peritonæum internum cum vasis spermaticis vel ligamento uteri rotundo retractum sinum praeditum capit, atque eo usque facile peritonæi in abdome relictæ lamina descendit, herniam hic sine ulteriori prolapsu formari posse docuit experientia in cadavere ante 18 menses Hagæ Comitum dissecتو;

§. 24. Verum enim vero musculus obliquus externus, qui a costis carnea ortus, sed tendinosus factus inseritur lineæ albæ, ossi, pubis, ilei, tendinosa parte incumbens musculi obliqui inferioris carnosæ parti circa inguen, supra quam expanditur quasi veli instar tensi & continet stratas partes illuc loci ubi vasa spermatica vel ligamenta transeunt, lunula si-  
ve pars circuli in ea conspicitur, extremitatibus inferiora spectantibus. Cujus lunulae sima pars nullis fibris obliqui superioris repletur, sub qua lunula vasa spermatica vagina sua involuta, conspersa pinguedine ne facile laederentur a tensa ista aponeurosi, sese subducunt & ad testes transeunt; in taemini vero ligamentum uteri rotundum exit.

14 DISSERTATIO MEDICO CHIRURGICA

§. 25. Hacc aponeurosis impedit ne a vi externa vel interna omni momento hernia producatur, atque ea tendinosa expansio valide resistit omni vi viscerum abdominalium, praesertim in gravidis circa annulum, ubi tamen omnes reliquae partes, quae carneae, valde, extenduntur, hinc musculi sibi firmiter applicantur, quod efficit ne facile per annulum quidquam procidat, vel etiam in annulum ingeneratur ab externis in internas partes. Canalis autem inter musculos formati longitudo est linearum quindecim ordinatio sumpto spatio a lunula usque ad peritonaei membranam tegentem internam, via non parallela cum musculis sed obliqua ad superiorem & interiorem abdominalis partem, istud spatium sive ille hiatus inter musculos dicitur (sed male) annulus, aliis ligamentum circulare. De quinto abdominalis musculo pyramidali nil dicam, sed in genere hi musculi peritonaeum ambiunt, & fortiter compriment loca, firmant viscera omnia in abdomine sita. Interne enim abdominalis cavum formatur a peritonaeo, quod est membrana sat tenuis, obsequiosa, levigata, ex duabus constans lamellis, cingens interne totam cavitatem abdominalis, omnibus visceribus ibi sitis extimam membranam porrigena.

§. 26. Vasa cruralia, ubi egrediuntur abdomine, demonstrant locum, ubi herniae inventae; teguntur peritonaeo, immersa pinguedine multa, nullis firmis musculis sustentata, loco sita non adeo difficile cedenti pressioni viscerum abdominalium. tumque contenta supra vasa cruralia inter Iliacum & Psoas egressa sub ligamento vel aponeurosi musculi obliqui externi, de qua hernia videre potes Palfyn, Nuckium & alios. haerent praesertim in foeminis & laxis hominibus supra tricipitem vasa illa (quod notandum) ubi supra spinam ossis, ejus finalo excepta, egressa sunt, quasi recedunt in partem posteriorem, immersa internis femoris partibus sub ossis eminentia, ubi reconduntur.

§. 27. Spatium cavum inter musculos, repletur vasibus spermaticis, tunica vaginali a peritonaei lamina externa producta inter musculos oleo multo in folliculis adi-

adiposis involuta, quae cellulæ adiposæ externe replent vacuum & lunulae istius in aponeurosi foramen. Sic, ut aditus praeccludatur, nisi has membranulas perfores stylo,

§. 28. De canali ipso inter musculos haec breviter notanda sunt: quoniam apertura in obliquo externo inferiore est, superioris interni hiatu, & hic inferior rursus transversalis hiatu, aperturam non esse solum canalem obliquum ab inferiori parte externa ad superiorem internam vergentem, sed quia interiorum fibrae carneae extendi possunt, neutquam externae aponeuroses fibrae contactum puncta variari, atque canalem istum inter musculos abdominales modo longiorem, modo breviorem, pro diversa extensione abdominis, recta, obliqua, in curva statura, esse, sicque fieri posse, ut externa hujus foraminis apertura magis vel minus e directo aliarum posita sit, ut clare patet in incurvatione corporis in unum latus; & dein aponeurosin magis tensam supra foramen vel hiatum internorum muscularum in recta statura, quam in curva, magis adhuc in inclinazione corporis in unum latus nempe in opposita parte, minus tendi in latere a curvatura sima, hinc hic annulum breviorum, in priori longiorem esse.

§ 29. Circumcirca annulum paulo notanda sunt vasa epigastrica, ope musculi recti ad superiorem partem abdominis vergentia, duorum vel trium digitorum ab annulo distantia; observantur inter musculos arteriae, venae, nervi supra annulum parvum recte formantes, & FRATER meus inquirens in cadavere faeminino in constructionem annuli, invenit non modo circum annulum texturam predictam, sed venam maximam, crassitudine minimi digiti, perforantem ab internis partibus abdomen a latere musculi recti, a dextra corporis parte omnem sanguinem ab internis vehentem supra lunulam aponeurosis externi obliqui ad venam crucialem infra inguen.

## CAPUT QUARTUM.

*De signis herniarum verarum.*

§. 30.

**S**igna herniarum, quibus cognoscuntur, & dein quibus distinguuntur, & medico & chirurgo necessario prae-noscenda, atque ita quidem ut ne quidquam dubii restet.

§. 31. Im omphalocele tumor in initio parvus, aliquando subito magnus, fatis aequabilis pressus retrocedens cum quodam murmure, præsertim in decubitu supino, neque ullo modo rigidis musculis, capite atque scapulis elevatis, si facile redeat vel forti inspiratione, vel actione musculorum abdominalium, vel alia quacunque vi, ut tussi, voci-feratione &c. est certissimum signum herniae umbilicalis.

§. 32. Si ad pressionem reniteat & murmur quoddam sen-tiatur, est intestinum fere semper cum omento, si tumor sit laxior instar pulsus nullum murmur vel sonum edens, est omentum. si non totus retropellatur, signum est, omen-tum hic margini accretum, vel si pars cum murmure in-tret relicto tumore pulpo, sequaci, intestinum retro pres-sum, manente epiploo; si totus tumor retropellatur, in omni hernia locus is laxus, & paulo magis tumidus est a sac-co peritonaei non repulso sed illic hærente.

§. 33. Quoad signa bubonoceles atque oscheoceles, vel inguinalis incompletæ, haec sequentia sunt. Si in inguine subito tumor natus a magna vi, resistens tactui aliquomodo instar vesicæ retropulsus in abdomen vel sponte cedens de cu-bitu, imprimis supino aegro clunibus paululum elevatis in exspiratione, est enterocele; atque ea aliquando ex ruptio-ne peritonaei, si pedetentim ortus augeatur, facile recedat cum sono & murmure quodam, cum aliis signis intestinum prolapsum esse ex dilatatione peritonaei.

§. 34.

§. 34. Tumor laxior, inaequabilis, pulposior, nullo cum sono retrocedens est omentum, aliquando non retrocedens, quia concrescit cum illa portione peritonaei dilatata omentum, quod tumorem efficit, atque adeo Epiploes signa eadem hic sunt ut in omphalocele de intestini & omenti prolapso dixi. Si vero intestinum non recedat, quia concrevit cum partibus adjacentibus, tum *primo* ex relatione aegri ejusque amicorum noscitur, *secundo* ex sono & murmure quod in ipsa tractatione oritur non recedente hernia, *tertio* si intestinum nunquam retrupsum fuerit, sed continuo haeserit in peritonaei sacco. id fieri debere videtur, si intestini pars elongata, non totum intestinum in annulum procidat, libera via faecibus concessa, ut habet RUYSCHIUS, PALFYN & LITTRE *Memoir. de L' Accad.* 1700.

§. 35. Signa vero quibus cognoscimus alias partes per annulum prolapsas, ut v. gr. vesicam, sunt, si aeger tumorem habeat in inguine minus resistentem intestino, magistram epiploo, sed statim eundem cum difficultare urinae, dolore lumborum &c. Est vero alia species periculosior, & dicitur incarcerata, quae fit, ubi via per quam transit portio intestini angustior & contractior est, quam ut retrocedere iterum intestina possint.

§. 36. Et Distinguuntur jure merito herniae incarceratae, non solum per sua signa ab alia hernia facile cedente professioni digitorum, sed & distinctio manifesta est inter viorum & mulierum hernias tales, eae etiam quae a rupto peritonaeo producuntur subitaneae sunt, formantque tumorem herniosum, quae a laxato pedetentim; si ea quae subito fit a rupto peritonaeo incarceretur, est praesertim tumor durus, parvus, renitens, dolens ad tactum cum dolore lumborum, abdominis, progesu paucarum horarum nausea adest, borborygmi, flatus, vomitus primo ingestorum, postea faciem alvinarum, febris initio mitis, postea acuta, languor, virium debilitas, pallor oris, oculi concavi, singultus, indolentia, flacciditas herniae, mors. Interim alvus nil deponit per inferiora, vel pauca in initio, progesu temporis,

## 18 DISSERTATIO MEDICA-CHIRURGICA

poris nulla aliquando inflammatio partis externae, gangraena & sphacelus apparent, saepius non.

§. 37. Et haec est species herniae familiarissimae mulieribus ita ut plures mortuae sint & moriantur quotidie neciae se hernia laboras, solummodo conquerentes de dolore colico, & Vomitu; & exercitatos praticos ad mortem fuisse causae & sedis mali ignaros audacter affirmare audeo; at scias eam speciem herniae subito ortam esse parvam atque saepe adeo ut vix sentiatur praesertim in obesis, ubi panniculus adiposus crassior abscondit parvum hunc tumorem durissimum nihil cedentem pressioni digitorum, de quo mulier nihil unquam sentiit ante, & quem saepius ipsa non advertit, nisi a perito inquiratur, vidente symptomata ilei, an etiam in inguinibus tumorem habeat. Haec est illa hernia exigua vix nucem juglandem, vel articulum pollicis aequans, tam fatalis mulieribus, raro in viris manifesta, multoties a medicis non animadversa.

FRATER meus saepius eam observavit, praesertim in muliere quinquagenaria, quae non obesa vix sensibilem instar lapidis durissimam habebat; juras fere glandulam inguinalem induratam esse. Haec est illa, de qua dicit Bonetus in notis lib. 3. sect. 29. obs. vj. herniam tam parvam celatam fere usque ad mortem. Quo minor est eo signa sunt manifestiora, symptomata sunt graviora; atque hinc medicus iam scit an crassum an tenuem intestinum prolapsum sit. Minor tumor durior, renitens maxime dolens ad tactum, ad motum, cum subitaneo superveniente vomitu, singultu, tensione abdominis, omnium ingestorum, intestinum tenuum ileum prolapsum atque hic compressum notat; intra quartum diem fere jugulat, si sibi relinquatur; si major non adeo dolens, renitens, durus tumor, vomitus tertio, quarto, quinto die demum accedit, atque febris, & omnia symptomata minora adsint, colon est.

§. 39 In dextro inguine ut plurimum sit tenuum in sinistro crassorum prolapsus, magis tamen in dextris ob hepar premens.

premens pondere suo inferiora abdominis, quam in sinistris  
fiunt herniae.

§. 40. Incarcerata hernia fit ex ordinaria enterocele, si  
illic loci retineatur in facco peritonaei, atque tum signa  
sint, ut in priori dixi: at non statim sequuntur, potest  
enim esse sine incarceratione: de signis, aliarum herniarum  
ut appendiculae caeci atque aliarum partium hic non dispu-  
tabo. Agam vero praeferimus de subitanea incarcerata sae-  
pe vulgo medicorum pro miserere habita, & dein de her-  
nia relicta incarcerata facta. De ea hernia, quae fit elon-  
gatione portionis intestini cum facilis excrementorum dejec-  
tione, ab aliis descripta, nihil ulterius dicam, neque de  
prolapsu utero per annulum.

§. 44. Pauca saltem de illa herniae specie, quae viam  
vulorum cruralium servat, haec dicam, quod tumor se ma-  
nifestet sub margine ossis illei, neutquam in inguine, diffi-  
cillime repellitur, quia contra & supra eminentiam impelli  
nequit, haeret enim sub eminente osse, hinc manus chirur-  
gica sub hernia applicari nequit, sed contra os pellitur. cae-  
tera vero signa sunt eadem, quae de hernia inguinali dixi,  
quod repetere nolo. Hernias ventrales noscere, cum signa  
adeo sunt manifesta, longius tractare supervacaneum fo-  
ret.

## CAPUT QUINTUM.

### *De Causis herniarum.*

§. 42.

**Q**uod herniam ipsam facit, est prolapsus vel omenti vel  
intestini, vel aliarum partium; ast quaenam corpus  
praedisponunt, causae multae sunt, praeferimus vero

C 2

tales

tales existunt, quae peritonaeum laxandi, dilatandi, disrumpendi vi agunt.

§. 43. Laxa Membrana peritonaei ex constitutione corporis talis esse potest, ut in infantibus rachitide correptis, & aliis a nativitate abdomen tumidius habentibus, atque dein omnia, quae mucilagine, aquositate, vel oleositate fibras emolliunt, elasticitatem auferunt, quae nimium extensae & separatae non resistentes minimae vi cedunt, peritonaeum elongant, atque sacculum formant recipiendis contentis abdominis idoneum.

§. 44. Qui sacculus praesertim fit in hernia pedetentim orta, atque in tunica vaginali; inter musculorum fibras transversalis & obliqui inferioris facile transit, donec sub lunula crumpens obliqui externi pedetentim tumorem formet bubonocelen, qui paulatim descendens ad veteribus oscheon dictum, oscheo-ceLEN format; hinc saccus a laxato peritonaeo productus super vasa spermatica transit sub tunica vaginali, ubi separatus haeret, formatque tumorem intra tunicam vaginalem, a posteriori parte saepissime vasis spermaticis accretum vel & supra testem epididymidi, quod FRA-TER meus annis abhinc octo in athleta demonstravit, dum apertis membranis externis supra tumorem, tunicam vaginalem praecidebat, tumque stylo inter saccum & membranam usque ad peritonaeum adacto haerebat inter duas membranas in margine annuli interni, saccus ipse satis crassus in minus recenti hac hernia, apertus serosum laticem continebat. vel & membrana peritonaei interna, cum principio tunicae vaginalis una propulsa, & elongata supra tunicae ejusdem vaginalis in inferiorem partem, saccum dupli membra praeditum formant, neque tum supra testem immediate haeret hernia. PALFYN anat. cap. 4. eodem modo se habet res in omphalocele.

§. 45. Sic formari hernias in inguine infantum pariter atque in umbilico non solum constat, sed peritonaeum retrotractum usque ad aponeurosin (cap. 2.) descendere in confessu est; & sacculos sic formatos non sub tendine eruptos observa-

observerunt practici, & in cadavere publice dislecto ante paucos annos demonstratum, &, nisi vis major accedat, herniam non producit extra obliquum superiorem musculum, inde videtur, hic hernia incarcerata vix fieri, non ut in alia specie, ubi sub lunula exprimitur.

§. 46. agunt omnia aquosa vel mucilaginosa in fibras, non autem solum in fibras peritonaei, sed & muscularum atque intestinalium, unde motus peristalticus perit, infarciuntur & extenduntur flatibus intestina & excrementis, atque in tumorem elevantur; in tumorem elevato abdomine fibrae muscularum separantur, hinc non adeo resistunt illic locorum ubi peritoneum est simplex, facilis prolabantur contenta. Infantes qui saepe butyraceis & oleosis utuntur, his subjiciuntur, laxatione fibrarum, atque infarctione intestinalium, unde pondere suo ad laxatum annulum prolapsae partes, tumido abdome, vi, nempe tussi, vescificatione & propelluntur; toto orbe celebris BOER-HAAVIUS in praelectionibus practicis, religiosis pisces cum oleo multo comedentibus familiares hernias dicit: sic balnea immodica & intempestiva post pastum, potationes copiosae, alvus adstricta disponunt, ut facilis hernae locus.

§. 47. Dispositis sic partibus, si concipiamus abdominis viscera replere id cavum, atque omni peritonaei punto applicari, annulo intestinali ut plurimum, umbilico epiploon, facile herniarum ortus patet. Fortiter stringuntur viscera a peritoneo & musculari, nam si digitum in apertum abdomen intrudas stringitur fortiter, at omnis vis ruit quasi in apertam & non resistentem viam, hinc viscera per hanc quasi expelluntur actione muscularum & diaphragmatis; quod in respiratione descendit atque omnia contenta pellit deorsum, quo tempore omnes musculi relaxantur, sed dum agunt, ea pars ubi hernia nullis sustentata fibris musculosis, neque lamina externa peritonaei, non retropellitur, in margine vero potius constringitur; adde quod illuc loci fibrac laxius cohaereant.

## 22 DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA

§. 48. Igitur hoc loco disputandum de causis aliis, ut vociferatione, clamore, cantu, flatu oris, tibiciniis, & omnibus quae magna inspiratione pulmones valide replent, diaphragma descendit, premit omnia viscera fortiter ad omne punctum abdominalis, applicantur omentum & intestina ad loca herniarum, mox reciproca actione muscularum diu continuata, omnia viscera coercentur atque per foramina & in laxato & elongato peritonaei sacco jam haerentia, ubi nulla resistentia, protruduntur extra abdomen.

§. 49. Autopsia in vulneratis, & aperto umbilico natis id confirmat, a. 1722. & 1725. FRATER meus infantes vidit reseratis umbilicis, in quibus hae actiones clarissime oculis patabant, namque antequam respirabant, nil exierat, a respiratione omnia per foramen propellebantur: Lapsus ab alto in pedes pondere, subitaneo viscerum descensu & vi id efficiunt in hominibus erectis magis, in quadrupedibus minus; subligacula in medio abdomen in infantibus pariter ac ad ultis adeo contemnenda & generi humano noxia, nefaria illa methodus nutricum, qua fasciis constringunt abdomen relictis inguinibus (nonne melius haec firmare?) comprimendo medium ventrem efficit, ut omentum & intestina ad inferiorem partem abdominalis pressa quasi totidem viribus expellantur.

§. 50. Infelique omne herniosos producunt, praesertim si praedictae tum aliae causae concurrunt, ut clamor, vociferatio, saltus, lapsus & quaecunque alia vis, ut erectum atque extensum nimium corpus in curvatio nimia, cursus nimius, jactus quorumcunque corporum, ponderum elevatio, succussiones nimiae, coitus immodicus repleto corpore, onerum portatio, causae praedictae herniarum; atque ex praedictis facile explicantur, hinc tibicines, cantatores, concionatores, bajulitussiculosi, cursores, magis hi obnoxii, praesertim si his jungas viscera cibis aut excrementis infarcta, vel cum praedispositis partibus.

§. 51. Ea etiam quae peritonaeum dilatare valent magis & facilius producunt pedetentim, sed & ea quae peritonaeum,

nacum disrumpunt, subito hernias producere possunt; vis magna quaecunque illata, quae contenta contra eas partes non firmatas premit, atque disrumpi facit, quae consideranti satis patent: neque de causis aliarum herniarum hic plura dicam, longus nimis essem, atque propositos disputationis limites transirem: verbo dicam, omentum magis descendere, herniamque facere ex dilatatione, si solum, forte nunquam ex ruptione peritonaei producit propter levitatem atque oleositatem, videatur PETRAEUS de herniis. Atque id ut plurimum in parturientibus a nixu majori in exclusione infantis, graviditatis tempore enim omnia versus superiora pelluntur & posteriora ab utero extenso inferiorem & anteriorem abdominis partem occupante, unde omnibus coarctatis omentum vel cum hoc intestinum per dilatatum vel ruptum peritonaeum transit, tumoremque format umbilicalem, in iis quae saepius parturiere herniae ab alia quacunque vi magis fiunt in inguine ob laxatum non modo & rugosum peritonaeum & membranas externas laxius cohaerentes, sed ob peritonaeum sponte quasi secedens in diverticulum supra ligamentum rotundum in inguine, in quibus notandum, quod si omenntum herniam inguinalem formet, totum omentum alterius lateris devolvatur ad inguen herniosum uti PRAESTANTISSIMUS ALBINUS Elapsis abhinc duobus annis demonstravit.

§. 52. Causae herniae incarcerae sunt, si nempe contenta per annum nimis coarctatum prolapsa retrotrahi, repelliri, vel recedere non possint. Quod fit, si intestinum flatibus vel excrementis repletum subito pellatur per annum, atque illic duplicatum haereat, ita quidem ut extra abdomen contenta, materies extendens intestinum atque inflans per coarctatum annum repelliri nequeat in abdomen, atque quo plus extenditur extra annum, eo plus arctatur canalis in annulo elongatione peritonaei, in ea herniae specie, quae facta primo, postea incarcera fit. si cavitas intestinalis excrementis vel flatibus adeo repleatur, ut superne in annulo claudatur, forte intorquetur saepius intestinum,

stinum, sicque impedimento est ne faeces retrocedant vel flatus; vel & incarcerata hernia dici potest in Epiplo-cele, si in annulo adeo comprimatur pars elapsa major, quae reduci non potest, ut circulus humorum, adipis, sanguinis &c. cesser, stagnant liquores atque indolem suam sequantur, unde effectus ex necessitate funesti sequuntur; sic & de aliis herniis incarceratis ubicunque locorum judicandum; adde quod reductio difficilior, si consideres intestinum supra annulum in cavitate abdominis aequa extensum & tumidum illic haerere, quam extra annulum in peritonaei sacco.

## CAPUT SEXTUM.

*De Effectibus Herniarum.*

§. 53.

**P**ro materiae elapsae differentia, magnitudine, loco, differt effectus, convenient tamen in multis inter se: omenti prolapsus per umbilicum producit tumorem inaequalem, non adeo resistentem, facile margini umbilici accrescentem, continua respiratione protruditur, unde coarctatur, pars intumescit facile, deorsum trahit ventriculum colon & alias partes, quibus annexitur, unde dolores, tensiones, anxietates, post pastum, aliquando nausea, intestinum colon intumorem, aliquando ventriculus & omnia contenta abdominis ut lien, hepar, intestina, protruduntur, ut vidi in infantis umbilico referato, ubi omnia contenta supra abdomen quasi ex duobus truncis haerebant, stomacho nempe & recto intestino relicto abdomine parvo, plano, contracto per musculos abdominales, si id fiat sequitur vomitus, alvi adstrictio, & fit in hac umbilici circumferentia coarctatio elapsarum partium, vel dilatatio ipsius umbilici.

§. 54. Si coarctatio fiat, hernia in carcerata oritur, & omnes

omnes functiones laeduntur eo modo uti fusi de hernia inguinali: si omentum cum intestino haereat simul extra abdomen citius fiunt infra dicenda; effectus herniae inguinalis, Epiplo-cele sit, praeter signa priori cap. 4. data, dilatatio annuli, prolapsus continuus, facilis accretio cum sacco peritonei, devolutio totius omenti ab alia parte versus partem herniosam, qua continua vi muscularum & diaphragmatis pellitur versus partem non resistentem, retrotractio ventriculi, coli, atque lienis. fit incarcerata facile, tumet omentum in sacco, dolet, inflammat, facile gangraenescit, praesertim si vis externa inferatur tumori, ut vidi in faemina fere sexagenaria herniosa; quae vitia facile communicantur omni Epiploo, ventriculo, unde vomitus stercorei, dolores, inflammationes, putredines earum partium, febris acuta continua, sitis immensa, convulsiones & mors. ista mulier omnia symptomata enteroceles constrictae habebat; secta nullum intestinum inveniebatur, sed Epiploon gangraenosum in cavo abdominis usque; qui scit cohaesionem, novit huic parti dare arterias gastro Epiploicas venas &c. cohaesionem cum colo, liene, ventriculo, is facile comprehendit omnia. Atque sic ea mulier quinto a coarctatione die cultro chirurgico dato ut operatione inguinali restitueretur, cum omnia videret habere symptomata intestini constricti, exhibuit nobis rete gangraenosum sacco peritonaei contentum & accretum, in cavo abdominis usque ad partes annexas putridum, graveolens; ablatum quo usque ars permittebat, nil solatii attulit, nullum aderat intestinum, increscabant excrementorum vomitus, singultus, febris, sitis maxima, atque subita rejectio assumptorum per os, frigus extremorum, mors quarto die ab operatione, toto tempore ichor graveolens, serosus, nigricans per vulnus excernebatur, labia sine pure sicca erant.

§. 55. Signa quibus tenuerunt vel crassum intestinum prolapsum judicamus, dixi; effectus sunt vero nulli notabiles si non comprimantur, sed, ni retineantur, continuo plus protruduntur, ita quidem ut pedentem dilatato annulo omnia

## 26 DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA

viscera in scrotum decidunt, ut videre Hagae Comitis in viro fere septuagenario ubi ventriculus & omnia intestina cum mesenterio in scroto: ut a Mekeran *cap. 5.* tum debilitas, quae alias non notabilis, augetur, abdomen coarctatur, musculi abbreviantur & sese accommodant semper quantitati contentorum, ventre carent fere, emaciantur ob coarctatos canales intestinorum, dein elongatione mesenterii, qua vasa lactea longiora facta & arctiora pedetentim clauduntur nil transmittunt; alvus adstricta, prostratus appetitus, virium debilitas, mors. Saepe oedema pedum praecedit, atque tum in sacco dilatato quantitas serosi latencies invenitur a compressione vasculorum & ex pressione liquidus non facile absorbendi in hac præternaturali membranae extensione.

§. 56. Incarceratae herniæ effectus jam capite de signis explicui partim, tumor, dolor præsertim ad tactum & ad quamvis inspirationem, non ab inflammatione uti multi volunt, nam plures operationes institutae, ubi nulla inflamatio ab intestino constricto secundo, tertio die, sed a nervis mesentericis compressis, elongatis, extensis, & membra intestinorum vel flatu vel excrementis summopere extensa, unde periculum ruptionis, & inde nauseae, vomitus per consensum nervorum; alvus nil demittit, quia via clausa ad inferiorem partem, omniaque assumpta & contenta coguntur retrocedere motu peristaltico inverso; dolor lumborum, quia mesenterium illic loci annexum, nervi vasque sita.

§. 57. Hinc singultus quoque dependet, atque præsertim validior muscularum contractio abdominis; atqui & annuli, hinc via constrictior, quo fit ut reductio magis impediatur, & intestinum magis incarceretur, & constringatur, postea inflamatio accedit, unde tumet magis tumor, gangræna, frigus & mors succedunt, quæ inflammatio in illa specie (faeminis familiari) subitanea citius accedit cum subsequenti gangræna, quam in hernia casu incarcerata ex longiori tem-

tempore. Atque hi sunt effectus inguinalium herniarum : facile reliquarum effectus percipies.

## CAPUT SEPTIMUM.

### *De Prognosi.*

§. 59.

**Q**uod prognosin herniarum spectat, dependet ea à loco, tempore, ætate, parte elapsa, constrictione atque symptomatibus inde pendentibus. nisi enim liber transitus fæcibus procuretur vel citius vel tardius inevitabilis mors sequitur, in aliis herniis non incarcерatis mala hinc sequentia non adeo timenda. Sed cum incarcерata, in herniosis singultus malum, atque in ileo excrementorum vomitus pessimum, convulsio subsequens mortem; dolor subito sublatus cum pulsu parvo mortem instare docet; Extremorum frigus cum sudore frigido breviter moriuntur; tensio in parte sublata sine causa portendit mortem, atque tum hernia retropulsa nil solaminis affert, praesertim si debilitas virium, pulsus parvus &c. adsint ut multa comprobatum est experientia. facies livida pallida, frigida, cum singultu mortem denotat. abdomen tensum, durum, dolens ad tactum pessimum; inflammatio externa mala quia designat ab internis communicari.

## CAPUT OCTAVUM.

*MU De Cura herniarum.*

## §. 60.

**S**i in omnia inquirerem, & diversas hernias tractandi methodos examinarem, longus essem; sed breviter dicam, in omni herniarum specie indicationem duplicem esse: requiritur enim primo reductio partis in locum naturalem, deinde retentio, nam impediatur necesse est, ne recidat extra cavum in alium locum.

§. 61. Cui satisfaciendo satisfit imperfecte retrupulsione contentorum vel sponte, dein brachieriis applicatis, quibus sit ne omentum vel intestina in locum recidere possint, idque & in umbilico & inguine, in inguine præsertim tota cura dependet a pressione aponeuroses obliqui & musculorum abdominis in ligamento circulari. pessime agunt, qui infra annulum comprimunt, & nil proficiunt, quia contenta continuo inter musculos procedere possunt in sacculum herniae; compressus vero locus firmatur, atque in juvenibus via clauditur membranae facci sibi agglutinatae, vel simul saccus cum contentis in abdomen propulsus, postea circulare ligamentum comprimendo, clauditur; sed raro in adultis procedit, qui perizoma per omnem vitam secum ferre maxima coguntur cum ratione. In hernia umbilicali retinetur comprimendo &c., & sic de cæteris.

§. 62. Herniam inguinalem incarcernari quia viderunt, cogitarunt de cura certiori eradicativa, quam variam esse & fuisse videbis; in eo convenient omnes, præfertim AE-GINETA saeculo septimo & AETIUS, viam intercipiendam esse ne excidere possit; sed in modo, quo, differunt.

a. Quidam cauterium simpliciter applicuere sine vasorum laesione ROLFINCIUS lib. 3. cap. 6. describitur etiam

apud

apud THEODORICUM lib. 3. cap. 33.

b. Alii improbant ob periculum & difficultatem ut LANFRANCUS.

c. Cum intestinum in inguine in sacco haeret, cauterisationem ad os usque probant BRUNUS & ROLANDUS p. 127. sub L. H. C. X.

d. Excogitaverunt & methodum uncinis elevando didymum, spatulam infra ponendo, cauterium sub didymo applicando ad os usque, didymum ligando, ita quidem ne constringatur; sicque decubitu post separationem totalem curam exspectant & haec est in oseheocele: LANFRANCUS doct. 3. tract. 3. cap. viij. & pag. 242. PETRUS DE DY<sup>A</sup> ex GUIDONE DE CAULIAEO.

e. Alii cauterium potentiale repulso prius intestino parti applicuere, unde crustae separatio, retractio, sacci corrugatio & sanatio THEODORICUS & PETRUS DE ORBIATO, JOANNES DE CREPATIS, PETRUS DE LARGALATA p. p. 113.

f. Punctum aureum multis arridet, quo intercipitur pars viae.

g. Improbant alii interceptionem sacci peritonaei ex parte, quia intestinum per reliquum impressum & illapsum sine externo signo, mortem adfert. BAUHINUS lib. 1. cap. 9.

h. Praesertim vero punctum aureum improbat ROLFINS CIUS Epist. met. cogn. & cur. morbos cap. 26. lib. 3.

§. 64. i. Castratio multis arridet quae est plurimorum Empirorum hodierna methodus detestanda generi humano GALENUS lib. 1. *Isagoges* & BRUNUS LONGOBURGENSIS quae fit retropulso intestino interceptis in inguine vasis filo, abscissis in interiori parte, separatione facta retrahuntur. sanat certe, sed nefanda & summopere noxia methodo curae. Alii ligabant vasa spermatica non resecando testem, nam habet testis lateralia vasa quibus nutritur, sed impotentiam profert, ut habet PALFYN.

k. alii improbant, ut habet LANFRANCUS, & ALBUCASIS cap. LXVII., negat & CELSUS incidendam herniam si multa intestina prolapsa sint. D 3 §. 95.

30 DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA

§. 95. I. apertione sacci repulso intestino vel omento vel abscislo si accretum; hodierna videtur methodus; cognita verò veteribus fuit, & haec sequentia fiunt: apertis integumentis saccus vel inciditur suppuratur vel extrahitur, ligatur vel abscinditur, tum ajunt post sanationem peritonaei viam intercipi atque nunquam hernia in posterum laboraturos. novum inventum multi gloriantur, sed sciant hi ab AETIO, qui vixit saeculo quarto, tam distincte & clare hanc operationem descriptam esse, ut nemio melius de hernia inguinis mulierum, in tetrabiblio 4to pag. 1022. cujus verba addam;

„ mulier itaque supina declivibus cruribus locetur, & re-  
„ pulsò intestino locus circa inguen oblique secetur, & tu-  
„ nicae cuti subiectae sensim excorientur, atque ita laxata  
„ peritonaei membranae pars attrahatur & extendatur, &  
„ intestinum diligenter repellatur, & quod superfluum est  
„ de peritonaeo deligitur, ac consuatur, & tunc quod su-  
„ pra futuram extat supervacuum resecetur. deinde labia se-  
„ ctionis cutis duabus aut tribus suturis adducantur &c.  
periculosa absissionem & apertione peritonaei in gene-  
re multi veteres credidere propter spasmum & alia incon-  
venientia, ut ALBUCASIS.

m. sed optime negatur a ROUSSETO cap. vi. ideo non timendam hanc operationem affirmante experientia.

§. 66. Propero me ad demonstrandum quomodo, si her-  
nia in carcerata sit, restituatur; sive eam incarceratam velis  
subito, ut in mulieribus saepe fieri dixi, sive herniam ordi-  
nariam ex flatu vel excrementis repleto intestino incarce-  
rari, quarum curam antiquis notam, suo tempore fere ex-  
oletam egregie notat ROUSSETUS ac denuo institutam  
cum successu tam in simplici quam in incaptiva a duobus  
chirurgis, Florentio Vallee Aureliano & Borliveto montargi-  
fensi cap. v. sectionis 2dae. & tertiae. hernia itaque incarce-  
rata restituitur:

I. Repulsione faecum, flatuum, quibus relaxatur intesti-  
num, atque emollientibus, fotu animalium vivorum diffe-  
ctorum, calidis oleosis clysmatibus, id juvatur, dein resti-  
tuitur manu, situ,

2. Auferendo obstaculum, quo impeditur ne omentum, intestinum & faeces in abdomen retrocedere possint.

3. Repulsione partis elapsae.

4. Impediendo ne denuo procidat. Restituta pars elapsa retinetur fasciis, perizomate, decubitu supino, impediendo ne tussiat, sternutet, de his nil ulterius dicam.

§. 67. Si omnibus emollientibus cataplasmatibus, fotibus aperientibus, flatus discutientibus, nihil proficiatur, atque his partes emolliendae relaxandaeque non cedant, & situ, decubitu, sanguinis missione, clysmatibus oleosis, manus opera restitui nequeat; neque fortioribus clysmatibus, in flatione follis, fumo tabaci, quae tamen male hic applicantur, irritant enim, nimium inflammant, credunt enim inflatione retrocessurum intestinum.

§. 68. Si nec frigidae impositae tumor cedat, qua conantur etiam flatibus repletum intestinum cogere in minus spatum, quamvis in tali casu magis conduceret punctio acus triangularis parvi in formam troiscar, ut alibi solet ad emitendum flatum, quo fit ut laxatum intestinum restitui possit. si denique nil supersit, obstaculum operatione chirurgica est superandum, idque in tempore, sero enim medicina paratur, ni id observetur.

§. 69. Hernia incarcerata dolens, tumens, tensa cum inflammatione externa in suppurationem versa adjuvantibus emollientibus, oleosis, vel ex consilio in cautius aperta, ut in sexagenario majori in proxima Hagae Pago tactum fuit, fundit faeces alvinas &c., relaxatur intestinum, si pars saltem gangrenosa &c., retrocedat vulnus, aliquando clauditur & communi in annulo cicatrice intestinum concrescit, relicta via libera faecibus, hic excrementsa, vermes, &c. excreverunt ex inguine; postea restitutus per ordinariam cloacam excrevit. *ob serv. Ephem. N. C. dec. 2. anno octavo*, vulnerati intestini exemplum, cum intestinorum, praesertim crassorum, vulnera lethalia non sint, totum colon in latere abscessum, excrementsa fundens per totam vitam in milite viderunt multi; in inguine idem posse fieri constat. vid. de his.

32 DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA

his HILDANI *obser.* 72. *cent.* 17. artemque hic eodem modo debere succurrere uti alibi de vulneribus intestinorum patet, quibus plura non addam. Itaque ad propositum de hernia incarcerata, commune incommodum aegri, sumpto consilio, inguinalis operatio unica restitutionis spes.

§. 70. Quam operationem praemissis iis quae necessitas postulat, sic cum successu institutam saepius vidi atque oculis manibusque tractavi; praesertim vero in duabus mulieribus, prima quinquagenaria, altera sexagenaria majori, ubi in prima sine praevia hernia subito intestinum constrictum, omnia symptomata incarceratae herniae violentissime aderant, tumor parvus &c. uti fuisus ante dixi, symptomata jam eo usque aucta in ambabus ut singultus & vomitus stercorei non decessent. Itaque corpore horizontaliter posito, capite paululum elevato, toto trunco cum pedibus in eadem altitudine positis, ne musculi tensi, genibus ligatis fasciis ex linteo, ne retrotrahere possint.

§. 71. Firmato corpore in lecto, latere opposito manui dextrae operantis luci clariori exposito, digitis tractabatur tumor, atque primo supra medium tumorem, incipiendo ab initio tumoris ubi se manifestat, infra marginem aponeuroeos, sive lunulae istius, sub qua tumor erumpit, signabatur atramento locus usque ad finem tumoris inferiori in parte; tumque a sumptis cuticula, cute, panniculo adiposo, manu sinistra externa in parte, committit internam partem elevari manu chirurgi, vel alterius ab altera parte corporis aegroti stantis, tum simul elevant integumenta, atque per lineam ab utraque parte sibi correspondentem ad eandem altitudinem cultellum acutum transfigebat atque dissecabat, acie superius versâ, cavendo ne acie vel cuspipe laederet abdomen, ut satis secaret tamen, ne pluribus incisuris aegrum fatigaret atque excruciat, ne intestinum inferius laederet secando, dein relaxatis integumentis vulneris extremitates retrocedebant, relictas fibras panniculi adiposi forficulis obtusis in extremitatibus lente transscindebat, eaequae fluctuant supra tumorem & mobilitate notae sine ullo periculo.

§. 72.

§. 72. Apparet membrana albescens exterius hinc inde fibrillis ex panniculo adiposo irrorata, haec omni cum cautela eadem forfice transciissa, quae membrana mobilis supra tumorem nisi accreta sit (hinc cognoscebatur quoque non esse tumorem ipsum) exiguo foramine, in foramen conductorum immisso usque ad annulum & inferiorem tumoris partem transciudebatur, apparuit intestinum caeruleum vasis rubris sanguineis refertum, non inflammatum. Ea mulier prima quinquagenaria, nil aquae vel feri emittebat ex aperita ista membrana peritonaei cingente ligamentum rotundum, (unde in ea judicata fuit hernia ex disruptione peritonaei a causa violenta originem habere.) tum pulso parvo isto tumore vix nucem juglandem aequante pulposa pollicis sinistri manus parte versus inferiorem partem inguinis vel ossis pubis, siveque spatio concesso conductori recto, alato, a posteriori parte plano, non rotundo, in apice aperto & oleo inuncto inter intestinum & membranam peritonaei in annulo contentam, introtrudebatur manu fere perpendiculari corpori (quia intestinum tumidum supra annulum eminet) per annulum usque ad interiora abdominis, quod scitur, si depressa manu elevatur cuspis conductoris, & tum externe sentiatur sub panniculo adiposo, signum est non intrare sub aponeurosi inter musculos, sed si non sentiatur, atque tensio impedit elevationem, pertransiit.

8. 73. Deinde depressa manu sinistra tenente conductorem alatum, cuius alae cavae tegunt abscondunt & praeservant intestinum ab omni laesione (uti in tabula annexa patet), interim manu dextra introtrudit in conductorem crenatum instrumentum in eadem tabula delineatum habens qualitatem conductoris cum cultello tecto, in parte superiori elatere posito, cum annexo cultello in inferiori parte, deprimitur elater, elevatur cultellus, cuius mucro in crena conductoris retrocedit atque elevando crenam non derelinquit, sed retrocedens culter elevatus discindit apeunos in atque partem muscularum; quo tempore cum strepiru dis-

## 34 DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA

filiebat supra tumorem magno cum dolore ; neque apex unquam laedit nec intestinum nec alias partes. Interim spongia calida ebria continuo abluitur sanguis , qui facissime in toto operationis tempore non ad unciam ascendit, tum retrotrahitur conductor, dein herniarum illud instrumentum.

§ 74. Postea apice dacti dextrae manus sentitur fissum illud obstaculum , atque eodem dacto undique sub intestino devoluto sentitur, si alicubi haereat & accretum sit , tum dacto separatur intestinum, & retropellitur pulposo pollicis in abdominis cavum cum murmure , & illico omnis dolor cessat.

Si vero non satis dissectum sit , conductor immissus facilis monstrat viam , atque in hanc forceps vel herniarum instrumentum resistens id diffecat , cavendo, ne intestinum laedatur ; in hac operatione naturalem annuli viam sequitur, non ad latus unum aut aliud inclinans ob vasa &c.

§. 75. Sed nota in hac operatione praesertim , quod externa plaga non e directo internae posita sit , sed quod externa in inferiori, interna in superiori parte posita esse debeat, clausis superincumbentibus integumentis , imo vero nunquam plaga interior , si necessitas non urgeat, usque ad annulum extendi debet , quia primo pus facile ex interiori parte effluit, sed secundo supra integumenta non perforata compressio lenis & splenia & fascia impedit, ne in annulum fissum contenta abdominis illabantur , quod necesse est , & porro tertio aponeurosis illa musculi obliqui aëri non ita exponitur, neque pure inficitur , & integumenta facilius & citius coalescunt.

§. 76. Operatione facta si arteriae magnae , vel venae , (quod raro) sanguinem multum fundant , intercipiuntur filo acu transmesso. Si vero hoc non fiat, (quod plerumque,) linteo carpto cavum repletur , imponuntur splenia supra annulum pyramidalia elevata , relicto vulnere exteriore parum presso , sed plumaceolis & emplastro tecto & spleniiis

niis firmatis fascia dicta spica inguinali firmatur pars.

§. 77. Abdomini sub umbilico applicatur Emplastrum ex labdano & diapompholigo ana vel fotus ex flor. chamoillae, sambuc, vino albo incoctis, bis vel ter de die reiteratis, sed Emplastrum præfertur, quiescat aeger; si bene cedat operatio, cessat dolor, singultus, tensio, febris &c. ilico. Saepissime contenta retinent & cibos assumunt aegri, ut in haec prima faemina plurium matre, si alvum non depo-nunt duodecim horarum spatio ob intestinum lastratum, emolliente clysmate antiphlogistico sollicitanda est.

§. 78. Accidit aliquando ut omnia symptomata non cef-sent statim; sed brevi post dormiunt, neque unquam de magno dolore in vulnere conqueruntur, sed si operatio diu durat, fere convelluntur, ut aliquando accidit operanti, facta sectione cessavere spasmi, praesertim vero crurum; si operatio dolorosa, pacatur motus per anodynum post operationem sumptum, quiete, vietu humido, pauca excre-menta linquente, decoctis antiphlogisticis emollientibus, si alvus non respondeat clysmatibus quotidianis, vitet frigus, si tussis adsit, sopiatur opiatum, quiescat in dorso toto curationis tempore, neque unquam obambulet, sic se habebat operatio in prima.

§. 79. In altera sexaginta trium annorum, quæ ex tussi rheumatico tumorem parvum inguinalem contraxerat, omnia sese habuere ut in operatione prima, excepto, quod aperta una membrana peritonaci saccus cum contento intestino apparuerit, quo cum debita præcautione transfosso, seri limpi-di quantitas effluxit, de cætero eadem fuere ut in priori. Cursus curae ab operatione usque ad restitutam sanitatem aliis in utraque fuit.

§. 80. In prima dolor & omnia symptomata statim evanuere, haec altero die post acceptam plagam cultro submittebatur, statim deponebat alvum, pus laudabile erat, sed quinto die cum omnia se bene viderentur habere, correpta dolore lateris, nausea, vomitu, febre injectum clyisma fuit, ex-

crevit lapillum, hinc omnia evanuere & jam restituta bene valuit sine signo herniae vel recidivae, secum ferens cicatricem retrotraetam cavam in annulo exterius accretam.

§. 81. In secunda cui tertio ab insultu die operatio facta est, post operationem altero die anodynum propinatum obtusim & dolorem, febris & nausea aderant, injectum clyisma, aquac multae faetidae, serosae, quasi furfuraceis intersperfae, excrementosae, sed ex adipे corrupto productae ex vulnere profluxere, idque quotidie ad uncias aliquot, debilitas aderat, sed evacuatis aquis ex abdomen per apertum annulum, pus laudabile decimo apparuit die, tussis atque tensio abdominis cesabant, intra vigesimum quartum diem restituta nunquam de hernia conquesta adhuc dum vivit. sc̄tæ hæ binæ anno vigesimo septimo supra 1700. fuere. haec species herniae producta videbatur a peritonaeo saepius laxato usque ad aponeurosin obliqui externi propulso, tandem tussi sub ea delapso cum intestino.

§. 82. De hernia veteri postea casu incarcerateda in alia faemina triginta sex annorum restituta, plura possem dicere; in hac tumor magnus, tensus, quarto die ab operatione restitutus, apertione totius facci, aponeuroseos dissectione, longa suppuratione curabatur, in qua muliere effluxus seri vel lymphæ signum facculi aperti erat, sed brevi tempore intestinum rursus prolapium coegerit perizomate similia symptomata praevenire. De applicatione remediorum externa nil dicam, quippe ea, quae lenia, nervis amica, putredini resistentia applicanda, rara deligatio.

§. 83. BARBETTE operationem supra annulum volebat institui in ileo, (sed male) intestinum retrotrahere, quod impossibile: constringitur enim nimium, ac si accretum. Restat adhuc quidquam dicere de Entero-epiplo-cele captiva, post operationem repulso intestino omentum filo ligandum usque ad annulum, vel paulo alterius extrahendum, dein ligandum, postea ultra ligaturam secandum, an-

fis externe pendentibus, retrotrudendum paululum in abdomen, post separationem ordinario modo curandum. Si rete peritonaei sacco accretum, separandum & ut prius dixi agendum est, plura adhuc de Epiplo cele inguinali, umbilicali atque earum Encheirefi Chirurgica dicere possum, ut & de diversa operandi methodo, instrumentis & quæ desuper adducere possem, sed hæc B. L. sufficient, cum disputatio-  
nis inauguralis limites jam fere excedant.

## T A N T U M.

## T H E S S.

## I.

*Hernia oritur ex dilatatione & ruptione.*

## II.

*Omnis inflammatio haeret in vasis arteriosis.*

## III.

*V. S. Aliquando est summum cardiacum.*

## IV.

*Fibræ ventriculi minimam partem tribuunt expellendis per pylorum ingestis.*

TER INWYDING  
VAN DEN HEER  
MARTEN WILLEM SCHWENCKE.

'k **G**eef thans den vryen toom aan myn gerechte vreugt  
Nu gy, o WILLEM, in het lieflykst' uwer jeugt,  
Verkrygt de schoonste krans, die immer wiert gegeven:  
Een krans die voor den Schedel groeit  
Van hen, die onvermoeit  
Ten dienst van 't krankbedt leeuen.  
Uw geest, uw inborst eischt myn digt.  
Wat ben ik aan uw vrientschap niet verpligt?  
Wat niet aan uw beroemden Broeder?  
Der Artzen Eer en Roem,  
Dien 'k myn Mecenas noem,  
Hem, dien d'Ontleedkunst houdt voor haren steun, en hoeder.  
Maer zagt, wat stoort my daar ik zing?  
O vreugde! Febus met zyn reien,  
Komt uwen lof al quelende verbreien.  
Zoo groot een gunst voegt aan zoo braef een jongeling,  
Die van zyn eel vernuft ons blyken heeft gegeven:  
In zyn geleert vertoog, met zoo veel kunst geschreven;  
De Ryngodt weet met hoe veel vlyt  
Gy aan Geneeskunst hebt uw ziel en zin gewyt:  
En hoe gy noit meer waert te vrede  
Dan als gy uwen tydt in wyze blaen bestede.  
Hy steekt op 't aangenaem geluit  
Het hooft ten golven uit,  
En maekt een bly geschater,  
Omringt van Nimfen, die vast dartelen op het water.  
Elk, elk van haer wenscht u geluk.  
Uw heil, dus roepen zy, groei aan met uwe jaren,  
Leef lang vol roem, en zonder druk,  
Der Goden gunst moet u bewaren.

H. KAAU MD<sup>R</sup>.

O P D E  
GENEES EN HEELKUNSTIGE REDEVOERING  
O V E R D E  
B R E U K E N.  
V A N D E N H E E R  
MARTEN WILLEM SCHWENCKE.

*Als zyn Ed. tot Arts wierd ingewyt.*

Gy die Genees en Heelkunst mint!  
Hier kunt Ge uw keurig oog verzaden,  
Zo Ge ooit verstand en oordeel vint,  
Gy vint ze in deze goude bladen.  
Hier ziet Ge, hoe 't Bataefs Attheen  
Niet minder boogt op Hippokraten,  
Als 't oude Griekenland voorheen,  
Tot heil der kwynende onderzaten.  
Hielt eer het Griekze Wonderligt  
Door 't kweken van verheve Geeften  
Zyn Vaderlanders duur verpligt;  
Zy schoeyen op geen andre leesten,  
Zy brengen mee Vernuft en voort,  
Die van een eed'len drift gedreven  
En door hun voorbeeld aengespoort;  
En Ziekte en Dood in 't aenzigt streven.

Trag

Tree toe! beschouw dit kleen tafriel!  
Hier ziet Ge op 't heerlykste de Breuken  
Gemaelt door Willems kunspenceel,  
Dat nimmer tyd of Nyt zal kreuken.

Ge ziet haer in 't verschiet verwoet  
Den armen Sterveling bespringen,  
Die radeloos en zonder moet  
Om bystand smeekt de Hemelingen;  
Maer blonde Cynthius daelt neer  
En doet haer vlugten voor zyn benden  
Voorzien met juist gewrogt geweer:  
Zo moedig stort Hy ze op de Lenden.

Dit is het stuk dat SCHWENKE U toont  
Verhef hem vry met eergezangen:  
Want zo de kunst ooit word gekroont  
Moet hy een double kroon ontfangen.

## J. F I L D A R.

### MED. CANDIDAT.

